si tibi id placere senserit. cui me totū trado z dedo. Vale.

Lamentatoria p' re perditā.

Lamentatoria epistola p' re perditā est illa que ad aliquē amicū scribit apd̄
quē lamentari volumus. vel de amissione substantie vel de amissione alicui'
persone que mortua sit. vel de perditione. honoris aut dignitatis cuius epi
stole talis est regula.

Regula.

Si lamentatoriā epistolaz pro re amissa ad aliquē amicū scribere voluerit
mus cui narrare intendimus vel amissionē substantie aut dignitatis nostre
ad hoc vt ab eo aliquod auxiliū recipiamus vel perditionē alicui' persone q̄
fuerit extincta. vt per lras amici cōsolationē recipiamus. ipam epistolā s'it
in partes tres diuidemus. In quaz prima beniuolentiā caprabimus ab ea p
sona ad quā scribimus declarantes. q' propter amorē z beniuolentiā ei' nos
velimus ei narrare casū fortune nostre. vt possimus ab ea vel auxiliū. vel cō
solationē recipere. In scda exponemus aduersitatē nostrā que nobis accide
rit. deducendo quantū possumus rem ipam in cōmiserationē. In tertia p' o z
ultima petemus vel auxiliū. vel cōsolationē in rebus nostris. dicentes nos
multū sperare in ipō amico. z rogantes q' talis spes non decipiat nos simul
qz offerentes eidē amico oēm opam nostrā libenter atcōmodatam.

Proposicio.

Lamentet Cicero apd̄ Seruiū Sulpitiū de morte tullie filie sue.

Pars.

Exemplū.

Velle serui charissime vt in acerbo ac graui casu qui me diebus istis af
fligit. tu etiā inter ceteros amicos mihi affuisses sū em certissim'. q' nō solū eq̄
doluisses. s; etiā in leuādo dolore meo nō modicuz p'fuisse. Qd̄ qz locoꝝ ac
cpm inuallo ipediēte. effici nō potuit. dabo tñ opam. vt saltē p' lras illd̄ tibi
fcare possim. qd̄ me diebus istis male hz. in eo amore atq; beniuolētia nra con
fidēs. q' a teneris amts vna cū etate creuit. q' sorē istā meā (vt bonū amicū

Decet tibi iudicabis esse cōem. ij Scis serui amantissime. In hac reipub-
 lica oppressione quot & quot & quantis calamitatibus fu erimus affecti. ita
 vt per beatos illos existimare soliti sumus. qui sine aliquo magno malo. vitā
 cū morte cōmutauerē. sed tñ in om̄ib; his miserijs. vnā tñ consolationē capie
 bā. que mihi relicta erat. filie scz mee dulcissime con fabulationem que facile
 oēs a me curas penitus amouebat. sed nunc ego magis in lachrymis et luctu
 tabesco quo crudelior in me fuit inuida mors que tali me oblectatione priua-
 uit. mortua est spes mea. consolatio mea. vita mea in qua oēs alios merores
 facile deponēbā nec scio quam debeat in hoc miserando casu consolationem
 recipere nisi ad te con fugia. qui omniū dolorū meorū leuamen existis. ij
 Hec igitur ad te scribo non tñ vt mecū doleas (quod bonum amicū decet)
 sed vt per litteras studeas hunc dolorē meuz (si non penitus tollere) aliquant
 tulū saltē leuare. cū precipue hoc a te solū expectē. qui etiā ceteras calamita-
 tes meas tua soles prudentia remouere. cui ego me totū trado & dedo. Vale.

Lamentatoria pro exilio.

Lamentatoria ep̄la p̄ exilio est illa que ad aliquē amicū scribit. apud quē
 lamentari volumus de exilio nostro. cuius ep̄le talis est regula.

Regula.

Si lamentatoriā ep̄istolā p̄ exilio ad aliquē amicū scribere voluerimus.
 a quo speramus consequi aut exiliū in rest tutione nostra. aut consiliū. vt cō-
 solationē. ip̄am ep̄istolā s̄l̄r in partes tres diuidemus. In quaz prima eodez
 modo beniuolentiaz captabimus ab ea persona ad quaz scribimus demon-
 strantes q̄ maxie confidamus in amore ac beniuolentia sua. q̄ oēm istaz for-
 tunaz existimabit sibi esse cōem. In secunda vero primū demonstrabimus be-
 neficia que intulerimus in patriaz. vel bonitatē nostraz siue arrogantia. vt i-
 telligat amicus. non nostra culpa venisse in exiliū. ostendemus deinde cuius
 culpa factū sit. vt tale exiliū patiamur. deducendo rem omnē in aliquos ad-
 uersarios. quos in odiū conabimur adducere. demonstrantes eorū ingrati-
 dinē & iniquitates; demū ostendemus nos iniusticia & equitate con fidere q̄ ali-
 quando etiā in patriaz restituemur. fracta nequicia aduersarioz nostrorū.
 In tertia aut & vltima peremus illud auxiliū. vel consiliū. aut consolationē
 quam petere intendimus cōmendantes nosmetipsos ip̄i amico ad quē scribi-
 mus cui etiā nos & omnia bona nostra q̄ libenissime offeremus.

Propositio.

Lamentetur Cicero apud Lentulum de exilio suo. quod propter odium
 Clodij patitur.

i

Pars.

Exemplum.

In om̄ibus calamitatib; meis sp̄ solitus sū mī Lentule ad amicos meos
 p̄fugere. quoz vel opa vel p̄solatiōe subleuatus. possim aliq̄ntulū respirare.
 q̄ cū te nō amicū mihi solū existimē s; etiā amicissimū q̄ sp̄ vtrāq; fortunā me-
 az tibi iudicasti eē cōem statui p̄ has ad te l̄ras. quid mihi diebus istis euene-

B ij.

rite scribere. ut consilio et opera tua adiutus et consolationem et remedium etiam
in tantis malis inueniam. **ij** Scis Lentule charissime quantum semper
pro reipublice dignitate seruanda elaborauerim. ita ut non opes solum libere
exposuerim. sed et sanguinem ipsum. dum ei possem aliquid utilitatis asserere. nec
minus etiam ab ea sum adiutus. eleuatus. conseruatus. Sed maluolorum neque-
tia (quae nullum potest bonum sustinere) me adeo impetuit. ut quicquid in rem pu-
blicam contulerim illud totum unico die perdidit. Insurrexit in me Clodius
uir iniquissimus qui licet multa a me quondam beneficia suscepit. in-
gratitudine tamen cecus meritorum oblitus. ut me penitus pessundaret. pluri-
ma est figmenta machinatus. qui apud populum pro contione deducens il-
lisque deductis nefarijs quibusdam testibus fide faciens me miserum atque ino-
centem ciuem ex patria pepulit. quod me tanto dolore affectit. ut penitus uitae
mibi acerbam putem. Et profecto dolori succubere egeret. nisi haec una spes
me solaret. quia spero quandoque futurum ut infringatur malorum iniquitas et ego
a tantis tandem malis emergere possim. **ijj** Quod ut facilius et citius eue-
niat. peto a te consilium auxilium et operam. tu enim potes mihi a deo operulari. ut mi-
hi nihil sit praeterea requirendum. cui ego omnia mea bona. donum familiam.
meque in primis ipsum commendo. trado et dedo. Vale.

Consolatorium genus Caput octauum.

Consolatorium genus est illud quod fit pro alicuius mali solamine quodcumque
amico per litteras vel per nuntium intelleximus. cupimus ipsum consolari et huius
generis species sunt tres. una scilicet pro iniuria. altera pro re perditam. tertia pro
exilio.

Consolatoria.

Pro iniuria.

Pro re perditam.

Pro exilio.

Consolatoria epistola pro iniuria suscepta est illa. quae ad aliquem amicum scribitur.
quae consolari volumus pro iniuria quam ab aliquo passus sit deducens
tes ipsum in vindictae vel remedij spem. et huius epistolae talis est regula.

Regula.

Si consolatoria epistolam pro iniuria suscepta. ad aliquem amicum scribere vo-
luerimus quae consolari intendimus pro ea iniuria qua fuerit ab aliquo affe-
ctus. ipsam in partes tres diuidemus. In quaz prima quae solet a nobis epis-
tas appellari. declarabimus quantum nobis molestum fuerit intellexisse iniuriam
illam. qua iste amicus noster fuerit grauatus et simul declarabimus amorem
et beniuolentiam qua in illum afficiamur propter quam sumus coacti ad omnem for-
tunam communi existimanda. In secunda vero quae a nobis catastrophe dicitur
demonstrabimus quod propter hoc non sit dolendum cum praecipue ipse fuerit offensa-
sus ab homine nullius pretij. et in hoc loco beniuolentiam captabimus a per-
sona aduersarij. deducendo ipsum in odium et demonstrando iniquitatem eius.
et dicendo quod huiusmodi vitioz iniurie non sint existimande. quia de facili po-
stea superant. simulque demonstrabimus in hoc loco quantum sit sperandum
quod fracta istius aduersarij nequicias. tandem ipse amicus ad quem scribimus sit
pristinam dignitatem consecuturus. In tertia autem et vltima conabimur ipsum
amicum consolari. promittentes ei operam nostram nunquam de futurum. dum ipse possit

se in oēm dignitatem suā vindicare.

Propositio.

Consolet Appiū Cesar pro iniuria qua fuit in senatu affectus a cicerone

Pars

Exemplum.

Accepi tuas litteras Appi charissime que mihi pfecto tantā mestitiā attulere. quantam requirebat amor singularis. et beniuolentia illa qua ab inuente erate in te affectus sum ex his em̄ intellexi q̄ nequiter fueris a Cicerone impetitus. ita vt in causa tua forensi que tibi erat cū aduersario corā senatu agenda. contra oēm iusticiā et equitatē victoriam amiseris quod cum p̄mum sentirem non poterā hoc mihi persuadere. quia semper intellexeram. te multa beneficia in Ciceronē contulisse. ex quib; ip̄e tibi oīm iudicio debitor erat vnde non cadebat in alicuius opinionem vt te offendere posset. Sed postq̄ eius iniquitatē ex tuis lris percepi. non potui. non sumope dolere. tua p̄ferri causa. cuius ego existimo oēm fortunam esse cōem. ij. Cū aut̄ considero eius qui te offendit malignitatem que illi potius q̄ tibi. tandem et decorari et damno futura est. non mediocrē in hoc dolore capio consolationem. ille em̄ cū p̄mum tanta in te cognitus fuerit vsus ingratitude in omnium conspectu populoz erit fabula nota. tu aut̄ pro tua equitate et iusticia. (que diu oppressa esse non potest) cum victoria gloriosum triumphū acquires.

ij. Quem vt citius consequi possis. dabo primū opam vt in tuū (si poterō) fauorē illū deducam sint minus fiet nō tibi optibus. studio. fauore. mente deniq; vnq̄ deero. vt possis optatū tuū q̄ felicissime consequi cui me etiam ip̄m totum trado cōmendo et dedo. Vale.

Consolatoria pro re perditā.

Consolatoria epla p̄ re perditā est illa que ad aliquem amicum scribitur. quem consolari volumus. aut p̄ amissione substantie aut p̄ amissione alicuius persone. que mortua sit. vel p̄ perditione dignitatis. cuius epl̄e talis ē regula.

Regula.

Si consolatoriā epl̄am p̄ re perditā ad aliquē amicum scribere voluerim⁹ qui vel substantiā suam amiserit. vel aliquā personā perdidit qua mortua sit aut. ferte dignitatē suam p̄pter malivoloz inuidiam amiserit. illam similiter in tres partes diuidemus. In quaz prima (que s̄ l̄r ep̄tas appellat) declarabimus quantū dolore perpessi fuerimus cū talē fortunā vel casum ip̄ius amici intellexerimus. quē nostrū p̄p̄ū existimabimus p̄pter amorē et beniuolentiā qua in ip̄m afficimur et in h̄ loco conabimur ip̄m dolere augere quantū possimus. In sc̄da p̄o (q̄ s̄ l̄r cacastrophe est appellata) conuertemus oēm orōnē nostrā ad consolationē. ostendendo duas res aut plures rōnes p̄pter quas p̄bemus nō esse dolendū. et sic cōcludemus ip̄m amicum debere oēm mestitiā relinquere. et cōsolationē ex hac re cape. In tertia aut̄ et vltima conabimur deducere amicum ad quē scribimus in aliquā spem q̄ oīa sc̄z ista mala sint futura meliora simulq; illi offeremus oēm operā nr̄am q̄ libentissime paratā. duz possimus ei esse consolationi et vtilitati.

Propositio.

B ij.

Consoletur Serulus Sulpitius Ciceronē. qui in luctu constitutus est p
pter obitū tullie filie sue.

i

Pars.

Exemplum.

Ingeniū protinus Marce tullii. et dolore affectus lachrymas continere ne
quiu. cū primū ex lris tuis tristem de obitu filie tue nunciū accepi. cogit eñ
me amicitia nostra. mutuaqz beniuolentia que a tenellis annis cum etate cre
scens iam me edocuit amicoz casus cōes existimare. Jam eñ cogitatioe con
cipere mihi videoz. cuiusmodi gladius paterna viscera torqueat. quibz co
gitationibz immature amisse filie desideriu cor laceret atqz vexet vñ efficiat
vel nihil tibi reliquū sit. nisi vt lachrymis et luctu tabescas. ij S3 quia
non semper merendū est ac dolore succūbendum. p̄inde atqz nulla relicta sic
ratio. que molestiā ac merore istum leuare possit. non sū alienum arbitratus
si quod ad te scribere tentē quando coram loquendi non datur copia. vt te in
tam acerbo luctu versantē. et p̄ dolore minus viā rectā prospicientē et exhor
tari aliquantulū queam et eo vnde aberratū est. reducam. Quid queso ē qd
tantope doleas. et merore afficiaris filia tua mortua est. quia mortalis erat ea
lege in initio procreata et genita natura nanqz nata. natura quoqz extincta ē
non ergo mirum tibi videri debet si quod semel natū effloruit. rursum id ipsuz
deflowerit et inter mortuū sit. Dolore itaqz tuū mitiga. et bonis rationibus
innixus aliena. ostendere viz explia prudentiā tuā virtute nunc opus eum.
Sic intelligant ij qui te non viderunt. te talem esse quē nos. quo te nouimus
predicamus. Vidimus eñ aliquando scdam te pulcherrime tulisse fortunā.
fac quoqz intelligamus. aduersam te quoqz eque ferre posse. ne ex omnibus
virtutibus hec vna tibi deesse videatur. Hec ad te scripsi marce tullii. nō q̄
his te egere existimarē (nouī eñ modestiā tuam) sed feci cum officij mei grā.
tum vero vt quanti te faciā facile intelligere posses. cui etiā oēm opam meaz
offero. in omnibus votis tuis q̄z libentissime paratā. dum tibi et tuis prodesse
possim. Vale.

Consolatoria pro exilio.

Consolatoria epla p̄ exilio est illa. q̄ ad aliquē amicū scribit. quem cō
solari volumus pro exilio suo in quo constitutus sit. propter inimicoz maluo
lentiam. cui eplē talis est regula.

Regula.

Si consolatoriā eplam pro exilio ad aliquē amicū scribere voluerim? quē
consolari intendimus pro exilio suo. in quo constitutus sit propter iniquitatē
et odio inimicoz suoz. illam s̄l̄r in tres partes diuidemus. In quaz p̄ma q̄
s̄l̄r epitas appellat. declarabim? q̄stū dolore recepim?. cū p̄mū intellexerim?
talē fortunam ipius amici ad quem scribimus. quaz s̄l̄r dicemus existimare
nobis esse cōem p̄pter amorem et beniuolentiā. qua in ipm amicū sum? affecti.
In scda vero captabimus p̄mū beniuolentiā ab ea persona ad quā scribim?
laudantes ipam ab omni probitate et virtute. deinde captabimus beniuolene
tiā a p̄sona aduersarioz deducēdo ipos in odiū et declarādo q̄l̄r iste amic? n̄
nō p̄pter suā culpā. s3 tm̄ p̄pter inimicoz inuidiā s̄l̄r a sua patria depullus. In
tertia aut ipm amicū deducem? in spem. q̄ sit aliqñ in patriā restituentus et

ad hoc pollicebitur ei opam nr̄am minime de futurā. sed cū oib; vtr̄ib; nr̄is
elaboraturos. vt possimus ei prodesse z vtilitatē asserre. **Propositio.**

**Consoletur Ciceronē Lentulus pro exilio suo quod ppter Clodij odium et
maliuolentiā patitur.**

Pars

Exemplū

i Non possem tibi per lras exponere Cicero. quantū doloris quantū ve me
sticie susceperim. cū primū ex tuis lris intellexi. te ppter odium z maliuolen-
tiam iniquissimi Clodij. ex dulcissima patria pulsum fuisse. non em̄ soluz ins-
testino crucior dolore ex hoc acerbissimo casu tuo. sed vix mea a lachrymis cō-
tineo. quotiens in eam cogitationē venio. vt te illa potissimū patria extorem
sentia. p qua etiā pprium sanguinem sepissime exponere non dubitasti. qd̄
me his amor facere cogit. quo in te maxime affectus sum. **ij** Et pfecto
vix possem merorē istum sedare. nisi prius innocentia tuā ex cogitarem. q̄ om-
nibus semper humanus. om̄ib; benignus. nullū vnq̄ laborē recusasti. quem
tam ad publicam q̄ priuatā vtilitatē spectare sentires. sed potius pro virili-
tua semper insudans vt om̄ib; pdesse. nihil vnq̄ non laudabile pegisti. Et
tū maliuoli nebulonis inuidia. ad hanc calamitatem solū deueneris z nō tua
culpa. q̄ cum inter oēs scelestes viros scelestissimus existimetur. q̄uis h̄ nunc
in te factiose consecutus fuerit non tū diu scelus suum poterit tueri.

ij Euigila ḡitur aliquantulū ab isto tuo merore. z spera hec aliquādo
fore meliora. que futura esse breui quidem t̄pis spacio cognosces. vt infracto
impetu leuissimi hois tuam pristina dignitatem consequaris. quod vt facili-
us obtineas. ego tibi omnem opam meam studiū. fauorē mentem deniq; om-
nem polliceor. vt quod tibi honorū z vsui esse cognoscas. p te exequi p̄cedā.
Vale.

Expositiuū genus Caput nonū.

Expositiuū genus est illud quod fit quotienscūq; ad aliquē amicū nr̄m
scribentes. aliquid exponere volumus. quod ip̄m lateat. z huius generis spe-
cies sunt tres. vna scz testimoniū. altera historie. tertia p̄o noticie.

Expositiua.

Testimoniū

Historie

Noticie

Expositiua eplā testimoniū est illa. que ad aliquem amicū scribitur. apud
quem vel in loco publico. vel priuato. volum⁹ super aliquo negotio testimo-
niū exponere. cuius eplē talis est regula. **Regula.**

Si expositiua eplā testimoniū ad aliquē amicū scribere voluerimus aut
pro testimonio publico aut priuato. super aliqua causa reddendo. illam in
tres partes potissimū diuidemus. In quarum prima beniuolentiam capra-
bimusa persona nostra. declarantes q̄ tam ppter fauorem iusticie z equita-
tis. que nolum⁹ aliq̄ pacto opp̄mi. ppt̄ ignorantia veritatis. q̄ etiā ppt̄ amo-
rem z beniuolentiā q̄ afficimur in ip̄m amicū ad quē scribimus. aut p scribim⁹
volumus declarare vey testimoniū sup ea re sup q̄ fuerimus requisiti. In se-
cunda vero breuiter dilucide z accōmodate. explicabimus ip̄m testimonium
nostrum nihil aberrando. si possum⁹ a veritate. z tū in ip̄a veritate dicenda
vbi erunt loca magis facientia ad fauorem amici nostri. tunc in illis maxime:

B. iij

persistemus. & plus quā in alijs. ad hoc ut amico p̄desse possim⁹. In tertia autē
& vltima dicemus ea vera esse que scripserimus. simulq; in hoc loco offeremus
om̄m operā nostram. vel persone publice vel priuate que hoc a nobis tes-
timoniū petuerit. dūmodo possimus ip̄i rem gratam & vtilem facere.

Propositio.

Exponit Cicerō testimoniū apud censores contra Clodiū q̄ die violatorū
sacrorum in vrbe fuerit.

Pars

Exemplū.

Requisitus a vobis iudices quid super ea controuersia sentiā q̄ inter di-
gnissimū matronarū ordinē & appiū clodiū versatur de violatis bone dee sacrif-
an ne ip̄e eo die in ciuitate fuerit quo sacra dicuntur esse violata. an post⁹ ab-
fuerit. Licet hec mea semper conditio fuerit. ut neminē vnq̄ offendere volu-
erim. ne tamen equitas ip̄a atq; iusticia (quā semp̄ amaui. & p̄ qua etiā emor-
ri possum) veritatis obsconsione ledať oīa vobis verissima fatebor. q̄ ad huius-
modi cause dilucidationē attinere vident. ij Petitis a me iudices
vobis significē. fuerit ne nudius tertius in vrbe Clodius quo potissimum die
bone dee sacra violata esse feruntur. ego ut vez fatear Clodiū vidi mane to-
tū apud dūm viros agere. demū ab octaua hora apud Pompeiū cenasse. Pos-
tea vero per totū quasi diem circa cesaris edes vagantem inspexi. postremo
ad horā noctis terciā. cursu rapido se domū conferentē. que ip̄o ex causa illō
nō ausim affirmare. iij Hec sunt q̄ a me scire cupiebatis. & q̄ ego vobis
veraci sermone protulerim. nā potius vellē mortē oppetere quā veritatem in-
sticiamq; ledere. si quid preterea est. quod a me vobis cognoscerē gratissimū
futur. ecce me ad om̄ia vota vestra q̄ libentissime paratū. Valere.

Expositiua historie.

Expositiua epl̄a historie est illa. que ad aliquē amicū scribit p̄ admoniti-
one alicuius rei geste. de qua volumus ip̄m certiorē reddere. cuius epl̄e illis
est regula.

Regula.

Si expositiuā epl̄am historie ad aliquē amicū scribere voluerimus. que
volumus certiorē reddere de aliqua re gesta & noua illam s̄tr̄ in tres partes
diuidemus. In quāz prima beneuolentiā captabimus a p̄sona nostra. decla-
rantes quantū simus inclinati ad scribendū ip̄i amico de rebus nouis. q̄ vel
in repu. vel priuata accidunt cū maxime intelligamus ip̄m esse p̄cupidū har-
rez intelligendaz. & p̄cipue cū hoc sit boni ciuis officiū. ut velit sepius admo-
neri de reb; illis que in republica vel in ciuitate accidunt. In sc̄da vero bre-
uiter dilucideq; narrabimus ip̄am. de qua volumus ip̄m amicū reddere cer-
tiorē. aut res illa sit publica de pace vel bello. aut de reb; i senatu gestis. aut
sit priuata de negotijs ad alios n̄m p̄inentib;. vel de salute & euentu rerum
nostraz. put nobis videbit esse scribendū circa nouitatē & vicissitudinē rerum
ac tempoz. In tertia autē dicemus hec fuisse q̄ ad ip̄m amicū scribenda eē vl-
debant. & in hoc loco offeremus eidem amico nō p̄mittere laborē aliquem
in scribendo. de reliquis rebus que post hac euenient dūmodo possemus ip̄i
rem gratā facere. Qui etiā offeremus opam nr̄am in oīb; accommodatā.

Exponat anthontus bruto. bellū indictū parthis. cui p̄fectus sit designatus Cicero.

i

Pars

Exemplū.

Scio Brute charissime q̄s cupidus sis res istas intel. igēdi. q̄ hac i repu. nostra gerunt. cuius cū optimū mēbz te esse cognoscas uon potes ab ip̄a diu abesse. qd̄ si fortasse etiā tibi abesse contingat. nō p̄or cor tuū aliq̄ pacto conq̄escere. nisi p̄ amīcoꝝ tuoz lras cerebro certioꝝ fias de eius statu. quod cū ego sic esse intelligā. vt tibi gratificor cui in p̄cipua quadā dilectione contunctus sum deliberauī id ad te scribere. quod potissimū diebus istis euenit.

ij Dum em̄ in senatu pulcherrime staremus reddite sūt ex antiochia lre quibus significabatur. parthos in agros cilicū incursionem fecisse. diaqz indies penitus deuastare qd̄ cū intellexisset senatus subito decreuit vt singull sententias rogarent. Esset ne bellū parthis indicendū. an potius cū eis pacē inuendū. qz nō sine magno repu. dispendio videbat illis posse oblisti. super qua re cū multe varieqz essent patrū sententie tandem deliberatum ē. vt parthis bellū indiceret. eiqz rei (quia nemo videbatur. nec grauior. nec fide maior. qui tanta posset puincia sustinere) Marcus Cicero p̄fectus est. Jam ei exercitus arma cōmeatus decretus. vnde expectamus intra paucos dies eupatorē ip̄m ex vrbē ad expeditionem suam p̄fecturū. Tu interim deos exora vt his faueant inceptis. quo repu. nostra nō solū seruet. sed etiam mirifice augeatur. iij Hec sunt que diebus istis hic in senatu gesta sunt. de quibus te putauī certioꝝ faciendū si quid p̄terea acciderit quod sit notatione dignū. faciam de te omnibz sepissime certioꝝ. cui etiā oēm operam meā offero. in omnibus tuis opratis q̄s libentissime paratam. Vale.

Expositiua noticie.

Expositiua epistola noticie est ille. que ad aliquem amicū scribitur. quem certioꝝ reddere volumus de conditione alicuius persone quā ip̄e scire desiderat. cuius ep̄le talis est regula.

Regula.

Si expositiuā ep̄lam noticie ad aliquē amicū scribere voluerim⁹. cui cupimus declarare conditionē alicuius persone quam ip̄e scire desiderat. illā similiter in tres p̄tes diuidemus. In quaz prima beniuolentiā captabim⁹ ab ea persona ad quam scribimus declarantes ex quo ex lris eius intellexerim⁹. ip̄m scire desiderare conditionē talis viri fuerimus valde diligentes in ea p̄quirenda. 2 q̄ tandem intellexerim⁹ oīa q̄cunqz circa negotiū istud intelligenda erant. In scda vero breuiter 2 dilucide declarabimus ea q̄ scribere intendimus apientes particulariter oēm conditionē illius viri vel etiam illius rei. cuius ip̄e amicus ad quē scribimus noticiā habere voluerit. q̄s i forte de nobis ip̄is alicui noticiam dare voluerimus. p̄termissa prima parte capien⁹ beniuolentiā a nobis ip̄is nos excusando. si aliqd̄ de nobis dixerimus. qd̄ tñ dicemus facere nō ex arrogantia. s3 solū vt p̄sonam ignotam illi apiam⁹. qui eam scire desiderat. 2 tunc quanto modestius poterim⁹ cōditionē nr̄am narabimus. vt ab amico noscamur. In tertia aut̄ dicemus hec fuisse q̄ de tali

viro vel tali re intelligere potuerimus. et quod si alia pro ipso amico facere possim⁹
parati sumus ad omnia eius optata cui etiam offerremus operam nostram in omnibus
libentissime paratam.


Proposito.

Exponat Cicero cesari conditionem appollonij rhodij oratoris. cui⁹ ipse no-
ticiam habere cupit.

i

Pars.

Exemplū.

 Nihil est tam arduū tanq̄ difficile mihi cesari q̄ illud libētissima frōte subi-
rem ut tibi rem gratam facerē. quia sic me cogit amor singularis et eximi⁹. quo
in te affectus suus. sicq̄ me cogunt maxima p̄clarissimaq̄ beneficia tua. quib⁹
bus et antea semper me emulasti. et indies emulare non desinis. Petis a me ut
omni diligentia exploratā. appollonij rhodij conditionē ad te scribā. feci id
sedulo. et q̄ de his que scire cupis. certiorē reddo. ij Est em̄ his appo-
lonius que tu scire desideras. vir oim̄ iudicio singularis. qui non t̄m̄ in oratō-
ria facultate (quā ipse manifestissime proficitur) sed etiam in p̄bia non me-
diocre sibi nomen cōparavit ex rhodo. nāq̄ eū primis dieb⁹ istis in h̄ arhe-
niense gymnasiū cōmigravit (quia neminē repperit. qui rhetorica instituta
diligenter enodaret) a p̄bia ad istā pedestrem oronem se conuertit. in q̄ tantā
profecto studentib⁹ utilitatē adiecit. ut videre facile videar. iterum palladē
ex cerebro. iouis natam in hanc urbē descendisse. iij Plura de hoc hoīe
ad te scribere possem sed ex alijs etiam plura intelligere poteris. h̄ unū addo.
quod si talem oratorem in urbē vocaveris. nō private solū sed publice etiam uti-
litatē nō parā consules. Si quid est preterea quod tibi obsequi cuperis. iubeas
ecce me ad omnia penitus vota tua libentissime paratū. Vale.

Gratulatioꝝ genus Caput decimū.

Gratulatioꝝ genus est illud quod fit quoriscūq̄ ad aliquem am-
icum nostrum scribentes. volumus illi gratulari pro aliquo suo bono
p̄secuto. et h̄ ḡn̄is sp̄s sūt due. vna pro fortuna. altera pro salute.

Gratulatioꝝ

Pro fortuna

Pro salute.

Gratulatioꝝ ep̄la pro fortuna est illa. q̄ ad aliquē amicū scribitur cui volu-
mus gratulari. pro aliqua dignitate vel prosperitate cōsecuta cuius ep̄stole ta-
lis est regula.

Regula.

Si gratulatioꝝ ep̄lam pro fortuna ad aliquē amicū scribere voluerimus.
cui volumus gratulari. vel pro aliquā dignitate p̄secuta. vel pro aliquā gaudio seu
leticia. quā ipse prospera fortuna fuerit affectus. illas in tres p̄tes dividemus.
In quarū prima benivolentiā captabimus ab ea p̄sona ad quā scribim⁹ ipsam
suo p̄se laudātes. et ostendentes quod meritis et virtute sua fuerit cōsecuta talē di-
gnitatē vel prosperitatē. In secūda p̄te demonstrabimus q̄tū hoc nobis fuerit gra-
tū. benivolentiā captantes a p̄sona n̄ra et declarātes p̄pter amorē et benivolenti-
ā qua in talē p̄sonā afficimur. nos fortunam istam p̄p̄iam existimare. In
tertia autē deū rogabimus ut hec dignitas siue felicitas sit illi perpetue lau-
di ac utilitati futura simulq̄ in hoc loco offeremus illi omnem operam n̄ram
libentissime accommodatā. dūmodo possimus. circa hanc dignitatē suā. et

aliquid utilitatis afferre.

Propositio.

Congratuletur Curioni Cicero pro tribunicia potestate. quaz merito cōsecutus est. i Pars Exemplū.

Nescio mihi potius an tibi gratuler Cicero p tribunicia ista potestate tua quam nuper virtutibus tuis pclarissimisq; mox institutis cōpasti. tibi em non mediocre video gloriam accessisse cui tm honoris gradus. iuuenili presertim hac in etate tua ascendere licuit. vt nō minus oim de te opinionem supaueris q̄ equaueris. nec id q̄dem immerito. tantam nanq; tibi apud oēs existimationem concitasti. vt laus tua non obscuro nec vario sermone s; z clarissima z vna oim voce predicetur. Tibi aut non parum decoris z ornamenti adiūpisti. cui tali stēmate decoratū liceat amicum hēre. q; z suo splendore hanc nō solū amicitia illustrare possit. vtz ei maximo sit futurus emolumento.

ii Tibi igitur tueq; virtuti gratulor. pro hac dignitate tua. tam optia q̄ benemerita. quā licet nunq; ambiciose q̄stueris. vtriusq; tm virtutis tue splendore sp̄ pmereri studuisti. mihi vō gaudio cui tm laudis accesserit nec quidem iniuria. oia em sunt amicorū (vt aiunt cōia) quoz etiā animi adeo dicuntur esse coniuncti. vt vnus idemq; spūs duo corpa regat. ac idē sit in duobus sensus eademq; voluntas. iii Dū quoq; te faustū felicēq; cōseruent quoz arbitrio oia gubernant ac ad meliora semper dignioraq; (vt meritis es) ei prouehant vt z tibi z tuis gloriā immortalē acq;ras z reipu. tandē bonus ac honestus ciuis euadas. quā cum diu felicissime gubernaueris in eius tandem sinu faustissime quiescas.

Gratulatoria p salute.

Gratulatoria epla p salute est ista. q̄ ad aliquē amicū scribit. cui volum⁹ gratulari. aut p salute. post egritudine psecuta. aut q; ex aliq̄ loco salu⁹ redierit. cuius epistole talis est regula. Regula.

Si gratulatoriā eplam p salute ad aliquē amicū scribere voluerimus. illam similiter in partes tres diuidemus. In quarum prima beniuolentiam captabimus a persona nostra. declarantes quantum prius de amici egritudine doluerimus. vel de eius salute dubij fuerimus si a nobis fuerit separat⁹. In secunda vero declarabimus quanto gaudio affecti fuerimus cum de ei⁹ salute vel incolumi reuersione intellexerimus. z tunc ei de tali salute congratulabimur deum rogantes q; hanc prius incolumitatem suam diu seruet. deinde ipsum de neceps ab animi malo tueatur. In tertia autem offerimus eidē amico oēm opam nostram. vt in alijs fieri consuevit.

Propositio.

Congratuletur Eustachius andronico pro salutis sue pristinae instauratione. i Pars Exemplū Quāto dolore affect⁹ fuerim diebus istis. eustachi charissime. cū pmū ex amicorū meorū liis intellexissem. tei grauem quempiam morbum incidisse per litteras quidem tibi significā

re non possem. existimaui profecto hanc mihi egritudine tuam esse comunem pro eo amore ac beniuolentia. quia in te sumope affectus suz. ij Sz qua to maior fuit exacta mesticia. tanto maior nunc leticia successit post intellexe rim. te iam dei optimi bonitate iuuante in pristinas salutes fuisse restitutum. Gratulor igitur tibi prius pro ista incolumitate tua instaurata. deūqz exoro. vt diu te saluū seruet atqz superstitez. vt nos omnes amici tui cupimus z ps optamus. qui tuo amore adeo deuincti sumus vt nunq̄ possum⁹ ab eo auels li. iij Nos quoqz scias diuina fauente pietate. saluos omnes esse atqz incolumes. z omnibus votis tuis q̄ libentissime paratos. dū tibi possumus esse z honori z vtilitati. q̄ maxime. Vale.

Exhortatiuū genus. Caput vndecimū.

Exhortatiuū genus est illud quod fit quotiens unqz personaz aliquā ad aliquid peragendū volumus exhortari. z huius generis spēs sūt due. vna scz ad leticiā. altera vero ad dolorem.

Exhortatoria.

Ad dolorem.

Ad leticiam.

Exhortatiua epistola ad leticiā est illa que scribitur ad amicū quē exhortari volumus ad aliquid peragendū. quod illi in gaudiū honore z vtilitatez futurū sit. Cuius eplē talis est regula.

Regula.

Si exhortatoriā eplā ad leticiam ad aliquē amicū scribere voluerimus quem exhortari volumus. vel ad virtutes capessendas. vel ad gaudium pro aliqua re suscipiendum. siue ad aliquid aliud peragendum quod in ei⁹ vtilitatem redundet. illā in partes quinqz diuidemus. In quarū prima beniuolentiam captabimus ab ipā re declarantes. quantum ipi amico ad quem scribimus. sit futura vtilis res ipā. ad quā ipm exhortari studeamus. In secunda vero beniuolentiā similiter capiamus a rei ipā laudantes ipam ab honestate z iusticia z demonstrantes ipam equissimam esse. z quocūqz probatissimo viro dignam ab hoc vt ipē amicus facilius incitetur ad id faciendū. ad qd ipm cohortamur si senserit aliquid. inde sibi honorez profuturū. In tertia autē demonstrabimus rem ipam esse possibilem z facilem peragendum. quia naturaliter quanto res est facili⁹ tanto libentius a nobis suscipitur cum natura nostra a labore procliuis sit ad libidinem z voluptatem. In quarta vero ostendemus huiusce rei necessitatem. dicentes q̄ necessario amicū ipm oporteat tale quid pagere. ne forte in aliquod damnū vel dedecus incideret. In vltima deniqz pponemus quid volumus ipm amicū facere. dātes ei modū rem ipam pagendi z hec ppositio appellat. q̄ tñ inter ceteras ptes est ponenda. vbi magis ad ppositū facere videat.

Propositio.

Exhortetur Fabius papyrium pretaxatum ingenium. adolescentem ad virtutes capessendas.

l

Parte.

Exemplum.

vnq̄ emolumento fuisse legamus. q̄ ea potissimū virtus que non solū priua-
tas domos. vey z publica quoqz impia regere. gubernare atqz impunitē age-
re solita est. hinc z athenienses doctissimos viros rem suā publicā merito inf-
ceteras p̄stantissimā reddidisse comperimus. Nec minus quidem clarissimo-
rū viroz prudentia. sapientissimoqz consilio romanā scimus rempu. conser-
uaram atqz mirifice ampliātā. ij Preterio eiusdem virtutis splendorem
quo quisqz potissimū ei familiaris nō minimū quidē honestatus est. est enim
tanta virtutis gratia. tanta gloria z auctoritas. vt facile ex ignobili quemq̄
nobilē. ex mortali immortalē reddere possit. iij Ad hanc igitur virtutis
laudē pro singulari in te beniuolentia mea. his meis litteris te incitare dispo-
sui. non q̄ ad illā te tua sponte satis incitatū esse diffidam. sed vt amorem in
te meū apud te testificatū relinquas. iij Nec profecto tibi ad virtutem
capessendāz difficultas aditus patet. hoc ei tibi facillime cōparabis. si hoc sta-
cueris. quarūz laudū gloriā adamaris quibus artibus he laudes cōparant
in his potissimū esse elaborandū. v Hec vides quanto tibi hac maxime
tēpestate necessaria sint. cū cadenti reipu. tali sit opus defensore. que omni vir-
tute vallatus. eaz in pristinis statū veterūqz libertatē merito sit vindicatur
Vale.

Exhortatiua ad dolorē.

Exhortatiua ep̄la ad dolorē est illa que scribit ad aliquē amicū quem ex-
hortari volumus ad lachrymas z memorē pro aliqua fortuna aduersa. vt pu-
blica vel priuata. z huius ep̄le talis est regula.

Regula.

Si exhortatiuā ep̄istolaz ad dolorē ad aliquē amicū scribere voluerimus
quē ad lachrymas vel luctū incitare volumus pro aliquo casu aduerso. qui
nobis vel amicis priuate acciderit. vel publice etiā euenerit. illā in partes q̄t
tuor diuidemus. In quaz prima beniuolentiā captabimus ab ip̄a re. demon-
strantes quātū sit iustū z honestū. aut pro amicoy aduersitatibz. aut pro pu-
blicis incōmoditatibus dolore. cū precipue huiusmodi calānitates debea-
mus cōes existimare. In secunda veronarrabimus casum ip̄m propter quez
volumus ip̄m amicū ad dolorē cōmouere. In tercia aut cū verbis accommo-
dati exhortabimur ip̄m ad dolorē pro tali re suscipiendū. In quarta vero z
ultima demonstrabimus quantū sit necessariū in huiusmodi calānitatibz
dolere. vt post dolorē succedat cogitatio z cura consulendi ip̄is rebz afflictis
promittentes etiā nos operaz nostrā in omnibus fore paratā. dūmō possimus
in aliquo prodesse.

Propositio.

Exhortetur planctum Cicero. ad dolorē capiendum pro reipu. rhoma-
ne oppressionē.

i

Pars.

Exemplū.

Cū iure tā diuino q̄ humano cogente post p̄tentissimū in deos obsequiū
quicquid in nobis est illud totū patrie rei qz publice debeat. pro cuius non
solū prosperitatibus letari. incōmoditatibusqz lugere debemus. sed q̄ etiam
sanguinē effundere (si opus est) debiti sumus. non solū ab officio boni ciuis

alienum arbitratu si expositis calamitatibus nostris te ad nobiscum lachrymadum incitauero. **ij** Scias plante charissime pustinam illam dignitatem, auctoritatem nostram qua mirifice hoc in senatu ponebamus cesaris nunc iniquitate penitus esse sublatam qui monarchiam imperii consecutus, non solum pres ab urbe expulit, sed nec alicui viro bonorum libere amplius nomen reliquit. **iiij** Quis igitur est tam ferreus civis, qui se a lachrymis continere possit amissa namque dignitate nostra, quid reliquum nobis est nisi ut in luctu et squalore taceamus stemus, ploramus, ululamus tota dieque lachrymarum istarum etiam volumus socium habere. **iiij** Necessarium enim est ut gemitus augeant, lachryme excresecant prolatus crebrior fiat, hec enim fortassis antiochorum quedam irritamenta fuerint, qui diu iniuriam istam pati nequibunt, quod si quis ad hanc laudabilem provinciam antium adiecerit, non recusato labore, sed potius ad omne capitis periculum subeundum, omnem operam meam, vitam denique ipsam libentissime paratam voueo. Vale.

Dissuasivum genus Caput duodecimum.

Dissuasivum genus est illud quod fit quoniamscumque ad aliquem amicum scribimus, quem si viderimus inclinatum ad aliquid peragendum ab eo volumus deducere, et huius generis species sunt due. Una scilicet a leticia, Altera pro dolore.

Dissuasiva.

A leticia.

Ad dolore.

Dissuasiva epistola a leticia est illa que scribitur ad aliquem amicum quem si viderimus inclinatum ad aliquid reprehensibile gaudium ipsum ab eo conabimur retrahere, et huius epistolae talis est regula.

Regula.

Si dissuasivam epistolam a leticia ad aliquem amicum scribere voluerim cui dissuadere intendimus, ne in aliqua indebita leticia prorumpat, vel ad aliquid faciendum properet, quod ipse sibi bonum futurum existimet, illos sicut in partibus quoniamque diuisemus. In quarum prima ostendemus rei ipsius inutilitatem, si fecerit eam et omnibus medijs demonstrare eam, habimur ipsam omnino esse danosam. In secunda vero apertemus rem ipsam esse penitus iustam et inhonestam et minime viro bono condecens, ita ut per haec media ipsum amicum nostrum inducamus ad hanc rem ipsam existimet nullo pacto esse faciendam. In tertia autem proponemus quo pacto sit ab ipso amico pagendum, ut a tali re facienda desistat, et simul rei ipsius modum apertemus quod debeat in ipsa re procedere. In quarta pro demonstrabimus quantum sit ipsi amico facile a tali re facienda desistere, ita ut per hanc facilitatem citius inducat ad persuasionem. In quinta pro et ultima declarabimus necessitatem ipsam, propter quam sit coactus a tali leticia desistere, simulque ipsi amico offeremus omnem operam nostram, si voluerit persuasionibus nostris more gerere.

Propositio.

Dissuadeat Curtioni Cicerone in leticia prorumpere, quia cesar monarchiam obtinuerit imperii.

Pars

Exemplum.

Inueterata fui, dignissimaque philosophantis opinio Curtio charissime, nihil viro bono inutilius esse, nihil de danosius quam de sua re ipsa, oppressioe gau-

dere p cuius conseruatione quanto quis maiorem laudē vel gloriā consequitur. tanto maiori nota dignus efficitur qui in eā aliquid attentare studuerit.

ii Adde p̄terea q̄ nihil vn̄q̄ viro digno inhonestius n̄bil ve turpius existimari potest q̄ in reipublice sue casib; leticiam p̄ se ferre pro qua si quis etiā pulcherrimū sanguinē exposuerit. non modicā sibi gloriā z laudē comparauit. iii Cū igitur intelligā te pro cesaris victoria tm̄ gaudiū suscepisse vt vix te ab eius publica ostentatione continere possis. dolui certe. te in tantū dilapsū fuisse factū svt etiam in malis tue patrie gaudere possis. proinde te horroꝝ. vt ab ista leticia vana z turpi desistere velis. iiii Facile em̄ tibi est oēm leticiā illam in lachrymas vertere. cū precipue optimus semp̄ cuius fueris existimatus cuius officii est. illam pulcherrimā mortem ducere que pro patria suscipit. v Adde etiaz q̄ in tantis totq; reipublice p̄urbationib;. tibi necesse est. non solū ab hac animi hilaritate discedere. sed z p̄petuas lachrymas periclitanti patrie condonare. vides em̄ quanta etiaz tibi sint mala in hac publica calamitate patiēda nisi corde z animo ingemiscens cadentibus rebus mature consulueris. quod vt facias. te rogo z ad id pagē dum oēm tibi operam meaz parataz deuoueo. Vale.

Dissuasua a dolore.

Dissuasua epla a dolore est illa. que ad aliquē amicū scribitur quē si viderimus inclinātū ad aliquē reprehensibilem̄ dolore vel minime laudabilem. ip̄m ab eo deducere conabimur. z huius epistole talis est regula.

Regula.

Si dissuasua eplam a dolore ad aliquē amicū scribere voluerim⁹. cui dissuadere intendimus ne p̄pter aliquam causam in merore deducatur. quē ip̄e forte in considerare suscipit. illam sicut in partes quinq; diuidemus. In quarū prima declarabimus quantū inutile vel damnosum ip̄i amico nostro in tali casu dolore ostendere cū precipue hoc non sit viri sapientis officii. vt in rebus aduersis dolere debeat. In secunda vero demonstrabimus ip̄i amico non esse honestū vel laudabile. si p̄pter ip̄am rem doleat. z hic si voluerimus aliquam rationē adducemus. p̄pter quem probemus turpe esse ip̄i amico nostro si in dolore diutius moret. In tertia aut conabimur oībus medijs quib; nobis possibile fuerit. ip̄m amicū a tali dolore deducere. z in gaudium potius z consolationē inducere. In quarta p̄o demonstrabimus h̄ facile esse. si voluerit amicus ad leticiā se vertere. z ab ip̄o dolore discedere. In quinta p̄o z vltia oīdem⁹ q̄tū sit ip̄i an̄ico. ad quē scribim⁹. necessariū. vt a tali mesticia penit⁹ discedat. adducēdo aliquaz rōnē q̄ videat ad p̄positū facere naz epla ista est quasi sicut eplē consolatorie. de qua superius mentionem fecimus z sicut etiam in h̄ loco (si nobis videbitur) offeremus ip̄i amico omnē operam nostram. dum possimus ip̄m a tali mesticia vel dolore emouere et in aliquod gaudium deducere.

Proposito.

Dissuadeat Marco antonio Brutus. in luctu tabescere propter Julij cesaris interitum.

Hoc est officiū optimi cuiusq; ciuis marce anthoni charissime. vt nō solū repu. suaz z bonū cōe diligat. sed illud etiaz pro virili sua querere z questuz mirifice conseruare conetur pro tutādo etiaz si opus fuerit q̄ libētissime sanguinē ipm effundere cupiat. quod facere neglexerit. vel acriter puniri debeat z a senatu alienus cen seri. ij Non em̄ laudabile est. imo turpissimū z detestandū facinus pro priuato bono. publicū z cōe spernere ac spernendo destruere. imo z qui hoc facere p̄sumpserit. penes luere decet z nullū morte sua amicis luctū relinquere. iij Cū igitur propter cesaris interitionē. videā te in merore z luctu constitutū. non possuz non sum opere mirari. cū presertim resp bonū probatissimūq; ciuerim cognouerim. qui non solū de repu. tua sp bene mereri studuisti. sed oēs in eā crudelissime delinquentes. tanto persecutus odio vt tanq̄ in matrē tuā seuentes fuissent. eos sic tibi inimicos existis maueris. recipe igitur priore animū tuū in patriā. z pro nequissimi tyrāni nece noli tantope cōmouere. qui nullā v̄ris bonis libertatē relinquens pulcherrimā reipu. faciē in turpissimā conuerterat. iij Facile nanq; est tibi viro prudentissimo a dolore z luctu ad leticiaz potius z consolationē animū deducere cū precipue videas. tali occupatore extincto. pristinaz tā sibi libertatem ipam recupasse. v Cogita preterea. quantuz tibi hoc presertim tempore necessarius sit. vt relicto merore serenissimaz patrie tue faciē ostendas. q̄ tuis subsidijs fulca. possit aliquando ex tantis calamitatibus respirare. quod vt facilius facere possis. dabimus operā oēs nos amici tui. vt in reb; omib; nostra officia sint tibi q̄ libētissime parata. Vale.

Inuectiuū genus. Caput terciūdecimū.

Inuectiuū genus est illud quod fit quotienscūq; personā aliquā v̄l amicā vel inimicā reprehendere volumus. pro aliquo crimine sceleris vel iūgrante. z huius generis species sunt due. Vna. s. criminis. alia s̄o cōtentionis.

Inuectiua.

Criminis.

Contentionis.

Inuectiua epistola criminis est illa. que ad aliquaz personā scribitur aut amicā aut inimicaz. quaz pro aliquo scelere vel flagitio. siue remisse siue excōdescender volumus accusare. cuius eplē talis est regula.

Regula.

Si inuectiuaz epistolam criminis ad aliquaz personaz scribere voluerimus primo scire debemus. q̄ si persona ipa ad quaz scribimus est nobis amica remissa inuectione vtendū erit. z prius verbis asperis accusandū. deinde in bona verba desinendū. Si s̄o inimica fuerit persona. tunc in tres potissimū partes ipam epistolaz diuidemus. In quaz prima beniuolentiaz captabimus a persona nostra. declarantes. q̄ ad talē inuectionē non voluntarie s̄z coacte sum⁹ impulsī. z q̄ sepe numero tali inimico lacessit. ad vltimum vsq; perpeffissimus. sed nunc amplius pati non possumus cū precipue ipius persone vicia in alicuius dammū vertentur. si non essent accusata z castigata. In secunda vero rem ipam reprehendendam adducemus simulq; rationes

omnes que ipsi inuectioe videbuntur accommodare. In tertia si amica erit nobis persona ad benignum aliquem sermonem conuertemur ipsam monentes: ut a tali facti ore desistat. quod si fecerit oem et opam nostram offeremus. q̄ libentissime paratā. si vero inimica erit persona beniuolentiā itez a nra persona constituemus. dicentes nos amplius nolle in ipm inimicū inuehi. ne potius ppter odium id fecisse videamus. q̄ propter ueritatem. sed q̄ in aliis ipsa cetera volumus dicenda reseruare.

Propositio.

Inuebitur Cicero in luciu catilinā. q̄ in patriā repu. cōiurare parat.

Pars.

Exemplum.

coratos eos nobis potissimū charissimos habeamus. nec vnq̄ illos cessem⁹
meritis z beneficijs subleuare. p̄ter eū illud qd̄ iustum z honestum existima-
mus. tales sc̄z viros s̄ma laude afficiendos accedit z nō mediocris quedam
vtilitas inter ceteros domesticos nostros. qui si viderint. merita virtutū suā
rū p̄mia bonos viros fuisse consecutos eo libentius ad virtutē aspirabūt. q̄
se potiora beneficia acquisituros sperabunt. *ij.* Cū igit̄ iohānes vene-
tus familiaris noster. vir quidem ingenio z doctrina nemini cedens. hac i re-
gionem tuā p̄ficiscat sua qdam negocia expediturus. Que p̄mū serenitati no-
strū facimus ip̄m esse ex p̄mis familiaribz nostris vnū quē s̄mo amore z beni-
uolentia psequimur. Cui si nostri gratia in rebus suis a tua serenitate opte-
tularū fuisse sentierimus. erit quidem a deo nobis gratū ac si beneficia ip̄a in
nosmetip̄os collata fuisse lettarēmur. Tibi igit̄ eū cōmendamus. tanq̄ omni-
um ceteroz nobis gratissimū charissimū qz tue qz serenitate s̄l̄r offerim⁹ ope-
ram nostram in omnibz tuis optatis q̄ libentissime paratā. Vale.

Regia edictina.

Regia epla edictina est illa q̄ scribitur a pncipe tā seculari q̄ spūali

ad aliquā personam. vel publicā vel priuatam. p re aliqua ad publicū bonum pertinente significanda. cuius eplē talis est regula.

Regula.

Si voluerimus eplam edictiuā regiā ad aliquā psonam scribere scire debemus q talis eplā scribi pōt. v' generaliter ad aliquā vniuersitatē v' pplm vel particulariter ad aliquā psonam publicā vt faciūt pncipes ad alios pncipes p edicenda pace. vel bello. federe vel lege. siue p sibi. z tunc ipa epistola diuidetur in tres partes pncipales. In quaz pma ponemus nomen pncipis cum suis titulis omib. put fecimus in alijs eplis supiorib. cū salutacione ad eam psonā ad quā scribit eplā. In scda pō ponemus cām ppter quā sumus incitati. ad tale eplam scribendā oñdendo cām illā esse iustam z honestam. z quantū poterimus conabimur ptes nostras approbare. z p oppositū aduersarij dēpmere. vt potius videamur nobiscū iusticiā z eqtatē ostendere quā cū eo ad quē scribimus. In tercia aut narrabimus id qd scribere intendimus. si de bello psonā ipam ad bellū incitantes. si de pace. s' ad pacem. z sic de federe. aut lege p mulganda. addendo clausulas illas finales q magis videbunt ad ppositū facere. z ipam eplam concludere. qd ex supiorib eplis satis supqz colligere possumus. si ad eas aduerterimus.

Propositio.

Edicat cesar pacē pannonto regi p sua in eū liberalitate ac munificētia.

¶ Pars.

¶ Exemplum.

Fredericus tercius. diuina fauente elementa. rhomanoz impator sp Augustus austrie. stirie. carinthie. carioleqz dux comesqz tirolis zc. Dacie vtriusqz pannonie regie Salutē. ij Licet multe cause inuicē cōcurrant. que me potius ad bellū tecū gerendū q̄ ad pacē firmandam inducant. quas hic recitare mihi supua canēū videtur. tu em eas bene optimeqz nosti. vt tibi tamen tuisqz omibus ostendam. q̄rū potius mea in vos valeat liberalitas q̄ v'ra in me ingratitudo. Deliberaui penitus tecū pacē firmare. vt cū ab armis discesserimus. possint milites nostri (qui ex vtraqz parte sumope p̄sūpti sūt) ad desideratā quietē redire. z dissipatas res suas aliquantulum instaurare.

ij Tibi igitur p̄ntiam tenore significo. q ab hoc die in postez relicta omni penitus discordia ac similitate. q̄ prius inter nos fuerat. volo tecū firmissimā pacem habere. cum his tamen pacis z conditionibus que prius fuerant inter nos vnanimi volūtate conclusa. Teqz hortor. vt hanc a tuis saltē desideratā pacem velis z libentissima fronte suscipere. z beneficiorz cōicatione ppetuam seruare. nos em ex parte nostra hoc tibi volumus esse pollicitū z cōstantissime obseruatū. quod nulla vnq̄ causa a tua beniuolentiā decidem. quoad ipam volueris nobis illelam tenere. Vale.

Regi inhibitoria.

Regia eplā inhibitoria est illa. que scribitur a pncipe ad aliquā personam vel publicam vel priuatam. cui inhibere intendit aliquod opus vel iam incipitum vel quod ppe diem incipiendum suspicetur. Cui eplē talis est regula.

Regia.

Si voluerit princeps inhibitoriam epistolam ad aliquam personam vel publicam vel privatam scribere. cui inhibere velit aliquid faciendum vel quod iam fieri ceptum sit desinendum. illam sicut in tres partes dividere debet. In quarum prima ponit nomen et titulos suos secundum consuetudinem talium epistolarum. In secunda pro quod erit exordium epistole declarabit se intellexisse. quod talis persona ad quam ipse scribit. vel iam inceperit vel incipere velit aliquid opus. quod ipse princeps nullo pacto futurum intendit. et simul in hoc loco declarabit causam vel rationem aliquam veram. aut saltem verisimilem. propter quam ipse sit incitatus ad tale opus inhibendum. In tertia autem inhibitionem ipsam ponet verbis brevibus et dilucidis que proprie ad principem pertinent. addendo regales minas si a tali opere faciundo non desisterit. cum omni enim modestia et humanitate. ne videatur subito velle in iram exire. quod ad prudentem et sapientem vix non attinet. et sic absolute finiet epistolam suam. addendo tamen diem et locum. que date fuerint littere.

Propositio.

Subsibeat pontifex maximus regi Ferdinando edificationem cuiusdam castelli. in finitimis.

i

Pars

Exemplum.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Illustrissimo regi Appulie Ferdinando Salutem et apostolicam benedictionem. *ij* Ex litteris venerabilis fratris nostri cardinalis sancti Petri ad vincula de nostro mandato totius agrigipicentis gubernatoris et legati intelleximus te munitissima quedam castella. in finitimis Appulie terminis versus agrum picenum. qui nostre ditioni subiaceret. contra pacta et conventiones nostras edificare velle. quod se dicit ex multis nuntiis istinc venientibus intellexisse. et quod ut scit serenitas tua huiusmodi castella que nova quamquam edificatione eriguntur. et presertim in illis locis ubi maior posset dari occasio nocendi. semper in malum inducit hominem suspicionem. ideo non possumus satis admirari te contra nos talia moliri. *ij* Quapropter rogamus serenitatem tuam. ut penitus a tali edificatione desistas si nobiscum vouerit perpetuam pacem habere. quod si fortasse neglexeris coacti erimus omnem iniuriam nostram pro viribus impellere. cum presertim vim vi repelle liceat. Sed bene confidimus te talia esse facturum. que regiam personam tuam deceant cum etiam nos offeremus omnem operam nostram in omnibus operatis libentissime paratam. Date apud sanctum petrum Anno ab incarnatione dominice octogesimo sexto supra millesimum et quadringentesimum Pontificatus autem nostri. anno primo.

Regia promotiva.

Regia epistola promotiva est illa que scribitur a principe ad aliquam personam quam ad dignitatem quamquam seu gradum promovere intendit. cuius epistole talis est regalia. Regalia. Si voluerit princeps promotivam epistolam ad aliquam personam scribere hoc dupliciter facere poterit. Uno scilicet modo quando ipsam epistolam dirigit ad aliquam tertiariam personam. cui mandat ut amicum quemquam vel familiare ad aliquam dignitatem promoveat. Altera pro modo quando ad ipsam personam scribit. quam promovere intendit. Sed quecumque modo fiat. illam in tres partes dividet. In quarum prima secundum istarum epistolarum consuetudinem apponet nomen et titulos suos cum brevi salutatione. In secunda pro captabit bene

Regula:

Si mixta epistola ex duobus generibus vel duabus speciebus ad aliquem amicum scribere voluerimus, illa principaliter in duas partes dividemus. In quarum prima ponemus ea partem epistolae scribendam quae magis nobis videbitur esse necessaria. In secunda vero subiungemus illam quae minore in se et minus necessaria causam habet. Sed tamen notare debemus quod in tali epistola mixta solemus in principio scribere exordium hoc modo. Si epistola fuerit principalis, et primo scripta ad amicum de clara re, et tunc per exordium, quod cum nobis multa et varia ad eum scribenda occurrant, per has litteras volumus eum de omnibus admonere, et tunc particulariter servando ordinem omnium scribendorum, singula breviter et dilucide exponemus. Si vero secundaria fuerit epistola, et responsiva dicemus in principio, nos recepisse ab amico nostro litteras, quae nobis gratissime fuerunt, et quod ad omnia illa particulariter rescribemus, quae videbuntur responsione digna, et tunc similiter per ordinem ad omnia respondebimus. Si vero aliquid etiam nobis scribendum acciderit, illud in fine epistolae scribemus, offerendo ipsi amico omnem operam nostram in omnibus paratam, ut in alijs epistolis fieri consuetum est.

Propositio.

Scribat executoria simul et domestica epistolam ad curionem Cicero ipsum de negotiis suis admouendo.

Pars

Exemplum.

Accepti abste litteras Curio charissime, quae licet mihi iucundissime fuerint, cum ex illis intellexerim de tua tuorumque omnium salute, aliquid tamen molestiae attulerunt, cum te videam negligentie crimine suspectum habere, quod scilicet ut optabis sepius ad te litteras non dederim, et profecto quod hoc mihi molestum sit, quia me sentio ab omni penitus culpa vacare, est tamen aliquantulum ex altera parte iucundum, cum haec praesertim litterarum mearum ex postulatione, non paruum in me amorem tuum ostendit. Dabo igitur operam, ut quibus neminem praetermisserim, quem quidem ad te peruenturum putaverim, cui litteras non dederim, te etiam hoc in scribendi genere expleam, praesertim si videro officium meum abste non vilipendi. Sed de litteris hactenus. **ii** Scribis ad me ut de negotio tuo de certiore reddam, scias nos diu noctuque laborare, ut expediatur, sed est tanta adversariorum tuorum iniquitas, ut res semper sic ipsis cogentibus, in longum protrahatur speramus tamen, ut demum in fracta ipsorum iniquitate, tuam sis dignitatem tetenturus. Quod autem scribis, ut ad te libros iuris civilis transmittant, faciam id equidem libentissime, sed quia propter haec bella intestina, quae adhuc sedata non sunt, nullus hinc potest nuncius tuto discedere, expectabis ad paucos dies, quousque pax, quae inter partes tractatur, ad conclusionem veniat, tunc voto tuo securi et melius satisfiet. Si quod est aliud quod me tibi opera praestare possit, tuum est iubere, meum autem mandata tua quam libentissime exequi. Vale.

Dixta ex pluribus.

Dixta epistola ex pluribus est illa quae plura in se genera complectitur vel partes diversas species. Cuius epistolae talis breuiter est regula.

Regula.

Si voluerimus mixtā eplam ex plurib; ad aliquam psonā scribere illam in tot partes diuidemus quot erunt genera vel spēs eplaz ex quibus ipa erit cōposita. z tunc a maiore semp z maioris momenti incipiemus. p omnia suādo regulā suā. put in suo capitulo declaratū est. deinde ad ppiā quā descendemus. deinde ad minorē donec ois rerum scribendarū numerus compleat. sp in omib; suādo regulā suā sic in suo loco fuit superius definitū. Sz illud addere debem⁹ qd sp est faciēdū aliqd exordiū i tali epla. per qd declarem⁹ ea generaliter q scribere intendim⁹ vel saltē vt p ipm demus aliquē introitū ad ipam eplam cōponendā. In fine pterea eple adiūgim⁹ oblationes cōsue-
tas addendo etiā si nobis videbitur. expositionē alicui⁹ negocij nri. quod ad ipm amicū scribere intendimus. q negocia. nisi fuerint alicuius magni momenti. sunt semp postponenda. qz amicorū cause sunt prius recitāde z expediēde qz pprie. vt videamur iporū negocia magis cordi habere. qz nostra.

Propositio.

Scribat consolatoriā simul z grauē domesticā eplam pompilium marc⁹ curius.

i

Pars

Exemplū

Intellexi pōpili charissime ex amicorū nrorū lris. q mibi dieb; istis redite fuerunt. patrē tuū viz optimū. ex hac vita decessisse. quod mibi pfecto tanto molestius fuit qto mibi tu chariores. cui⁹ ego existimo oēm fortunā. mibi esse cōem. hanc ideo calamitatē tanqz ppriā existimaui. sed cū ex altera parte psideo qz bene natus fuerit. qz optime educatus. quib; honorib; inter ceteros sui ordinis viros functus. qz facili morbo correptus. z dum tps erat vt nature cōcederet. qz sanctissime mortu⁹. certe nihil est quod doleā. immo pō potius decet vt deo maximā grām habeam⁹ q prius illū tātis munerib; donauit. deinde placidissima morte nō ad tenebras. sed de tenebris ad lucē reuocauit. ij Sed his omissis ad ea veniamus q ad nos magis attinēt. Scias dieb; istis senatū nro nunciatū fuisse. samnites maximū contra rēpu. nostrā exercitū ppassse. ac qridie in agrz nrm incursionē facere. Un cēturiar⁹ cōmittijs celebratis decreuerunt patres vt contra hostes arma sumant etqz reiqz pōpeiū nrm pposuerem q p silio sapientia z autoritate nemint cedens facillime possit re istam conficere. Tu si me audies ex humano tuo qz primū in urbem veniens ne tumultu arto bello ingruente aliquid damni patiaris.

ij Quod scribis vt a debitorib; tuis pecunias exigā pficere illud profecto libentissime sed in hoc tam grauī tumultu neqz forensiū causaz neqz fenatorie actionis amplius locus est. quousqz res ad aliquid melius tendant. Sed hoc vnum tibi audeo scribere quod si te ad nos qz primum contuleris. non solū poteris priuatis sed etiam publicis fortasse reb; nō mediocre subsidium ferre. quod vt facias te hortor z moneo tibi tamen nunqz defuturā operam meam polliceor. Vale.

Explicit libellus Primus.

E ij

Elegantie definitio ac regule que ad supiores ep'as faciūt. libell' sc'ds
Elegantia est venusta verborū concinitas. dulcē aurib' a' ferens sonū. cuius
quidem generales regule sunt triginta.

Prima regula.

Laudabit illa oratio q̄ obliqua dicit. & a posteriorib' incipiens dictionib'. In
verbū sepius. q̄ in aliā orōnis partem finiat. vt cesar adeptus est monarchiaz
imperij summis viribus. quod elegantius dicit summis viribus imperij mo
narchiā cesar adeptus est.

Secunda regula.

Comendabitur q̄z orō q̄ dictionē habeat vniuersalē affirmatiuā & negati
uā in fine vel aliquod insigne nomē vel aduerbiū. Exemplū primi. Omnes
laudant ea. q̄ vir bonus facit. quod venustius dicit. Que vir bonus facit lau
dant oēs. Exemplū sc'di. Ego neminē habeo quē mag' diligā te. qd pulchri
us dicitur. Quē te magis diligā. habeo neminē. Exēplū terciū. Egregia sunt
ea q̄ scribis ad me. qd concinnius est. Que ad me scribis sunt egregia. Exem
plū quarti. Ego oia diligenter perfecit que iussisti mihi. quod eloquentius
dicitur. Que mihi iussisti perfecit oia diligenter.

Tercia regula.

Nomen adiectiuū elegantius substantiuo p̄ponitur. vt virtus sūma im
perium magnū consiliū vtile. melius em̄ dicitur. summa virtus. magnū im
perium vtile consiliū & hmoi.

Quarta regula.

Inter adiectiuū & substantiuū semp est aliquid interponendū. vt maxima
virtus cesaris sūma laude semp extollenda est qd elegantius dicit. maxima ces
saris virtus sūma splāude extollenda est.

Quinta regula.

Quotiescūqz ab opposito alicuius verbi sc'darij orō incipiat qd subito
relatiuū sequat elegantius inter relatiuū & antecedens secundariū verbū ponit
vt Seneū pompeiū qui rhomanorū auxit imperiū sumope diligo. venusti' em̄
dicit. Seneū pompeiū sumope diligo q̄ rhomanū imperiū auxit.

Sexta regula.

Si fuerit relatiuū in aliquo casu posito venustius antecedens in relatiuū ca
su positū postponet. vt virtutes quibus ab ineunte etate studuisti imor alita
ti nomen tuū comendabunt. quod elegantius dicit. quibus virtutib' ab ineun
te etate studuisti imortalita i uomē tuū comēdabunt.

Septima regula.

Quā est aliqd substantiuū cū p̄positiōe aliq̄ iunctū qd sic de natura p̄cedē
tis vel sequentis clausule. p̄positiōe in relatiuū vertimus & verbū substan
tiuū adiungimus vt p̄ tua humanitate multa in me bñficia cōtulisti qd ele
gantius dicit. que tua humanitas est multa in me bñficia cōtulisti & sic i ceteris.

Octaua regula.

Sepius relatiuum quod verbo primario additum est ad secundariā trās
ferimus. vt Cicero qui eloquentissimus fuit ceteris oratoribus in dicēdo p̄
stitit quod elegantius dicemus. Cicero eloquentissimus fuit qui ceteris ora
toribus in dicendo p̄stitit.

Nonā regula.

Si aliquid habuerimus vel nomen vel aduerbiū insigne elegāti' illud
cum quidem vel idem pronomine postponemus. Exemplū primi. Marcus

Tullius orator singularis fuit quod venustius dicitur. Marcus tullius orator fuit et quidem singularis. Exemplum secundi. que mihi iussisti omnia libenter perfecti quod eloquentius dicitur. que mihi iussisti omnia perfecti et quidem libenter.

Decima regula.

Sicut in mediocri stilo dicendi. a re nuda prius incipe optet deinde illas exornare. Sic in stilo graui ab exornatu initiū sumere debemus. Exemplum primi. Pompeius omni romanoꝝ. tum armis. tū consilio facile princeps fuit. Exemplū scđi. Omniū romanoꝝ tum armis tum consilio. facile princeps magnus pompeius fuit.

Undecima regula.

Genitiuus casus semper ceteris ponitur. vt consiliū optimi vii. qđ elegātius dicitur. Optimi vii i consilium.

Duodecima regula.

Si gerundiū verbū habuerimus cum suo a pposito. a ppositum illud in gerundiū casu ponemus. ac ambo inuicē concordabimus. vt veni grā amandi virtutē. quod venustius dicitur. Veni amande virtutis gratia.

Terciadecima regula.

Si fuerit aliqđ relatiuū inter duo substantiua. illud potius cum sequenti q̄ cum precedenti concordamus. Ut est locus in carcere quod tullianum a ppe llatur.

Quartadecima regula.

Si dictionis alicuius significationē agere volumus. positiuo per aut per q̄. cōparatio longe. superlatiuo aut q̄ iungere debemus. Exemplū omnium Perbeatus. vel per q̄ brūs fuit cesar. sed lōge beatiōr q̄ beatissim⁹ traian⁹.

Quintadecima regula.

Nomina greca tercię declinationis si per os grecum genitiuum fecerit ad secundam declarationem referuntur. vt delphin delphinis. delphinus delphini. elephas elephantis. elephantus elephantis.

Sextadecima regula.

Si aliquod adiectiuum habuerimus significans laudem vel vituperiū. vtile vel inutile. illud potius in datiuum substantiui vertemus cū sum es est. vt virtutes sunt mihi tueundita i.

Decima septima regula.

In rebus paribus tum vel et geminatum ponimus in imparibus so cum et tum. sed leuius preponitur. Exemplum primi. Cicero tum laude tum rerū scientia valet. Vel eneas et fortis et pius fuit. Exemplum secundi. Cesarem plurimum valuisse. cum pps tum senatus affirmat.

Decima octaua regula.

Si aliquam personam aut laudare vel vituperare voluerimus. id trisariam facere poterimus aut cum genitiuo quod magis poeticum est. vt Marcus catho vir est magne virtutis. aut cū nominatiuo et ablatiuo solo. vt Marcus catho vir est magna virtute.

Decimatioa regula.

Sepe numero verbū infinitū vertemus in participiū tam ablatiui q̄ accu-
satiui casus. si verbū aliquod precedat. Exemplū primi. Tibi opus est
consulere. quod melius dicitur. Tibi consulto opus est. Exemplum secun-
di. Bonum tibi fortunā inuenire curabo. quod venustius dicitur. Bonam
tibi fortunam inuentam curabo.

Vicesima regula.

Cū adiectiuū z substantiuū in eodem casu posita acciderint substantiuū
in genitiuo ponemus. adiectiuū s̄o in eo casu in quo poni debet. sed in nume-
ro singulari z genere neutro locamus. vt multa pecunia. parua sapientia. ali-
quas litteras quod melius dicitur multum pecunie parum sapientie. aliqd
litterarum.

Vicesimaprima regula.

Cū duobus substantiuis idem adiectiuū adijci debeat. adiectiuuz in p̄nc-
ipio orationis collocamus z substantiua cum et vel cū geminato postpone-
mus. vt cesar fuit magnus vir z magnus imperator. quod ornatiuz dicitur z
Cesar fuit magnus z vir z impator.

Vicesimasecunda regula.

Cum adiectiuū z substantiuū simul fuerint quoz substantiuū ab adiecti-
uo formatū fuerit diuerse significationis a primo substantiuo. in duo sūt po-
tius substantiua transferenda. vt cauendū est ab honestate naturali disceda-
mus. quod melius dicitur. Cauendū est ab honestate naturaqz discedam⁹.

Vicesimatercia regula.

Cū gerundiū accusatiue vocis habuerimus potius illud in supinū abla-
tiue vocis transferemus. vt Hoc est mirabile ad dicendum. quod elegantiuz
dicitur. Hoc est mirabile dictu.

Vicesimaquarta regula.

Si aliquod superlatiuū durius acciderit. pro eo positiuū ponemus ac et
aduerbiū superlatiuū addemus. vt necessariūssimus. quod elegantius dici-
mus. maxime necessarius.

Vicesimaquinta regula.

Si aliquē maximope laudare. vel vituperare voluerimus laudatiōis vel
vitupationis causam in grō constituemus ac huiusmodi nomina. splendo-
rem. fulgorē. gloriā. vel laudē viciū facimus. crimē. aut scelus addem⁹. Ex-
emplū primi. Marcus antoni⁹ plurimū eloq̄ntia valuit. quod meli⁹ dicitur.
Marc⁹ antoni⁹ plurimū eloq̄ntie glia valuit. Exēplū scđi Lucii catilina cō-
turatiōis scelere dānat⁹ est.

Vicesimasexta regula.

Quotiēs noīa singularis vel pluralis z nūeri conueniunt. vt viciniōri sp̄
respondendū est. Si s̄o plalis nūeri fuerint. ad nobilitatē trāseundū erit. Exē-
plū p̄mi. Cesar resqz publica rhomana merito p̄p̄cio infesta fuit. Exēplum
scđi. Exercitus nostri rhomanozūqz turme turpiter fugati sunt.

Vicesimasextima regula.

Nō nunq̄ cōparatiua p̄ positiuis ponunt. vt vehementi⁹ p̄ vehementer.
sepius p̄ sepe.

Vicesima octaua regula.

Subiunctiuus modus eleganc. p Indicatino ponit. vt velim p volo. fecerim pro feci.

Quicesimanona regula.

Si verbū subiunctiuū habuerimus cū q̄ coniunctione ea remota elegancius illud ad infinitū reducemus. vt gaudio. q̄ tribunitiā potestātē consecutus fueris. qđ meli⁹ dicitur. Te tribunitiā potestātē cōsecutū fuisse gaudeo.

Tricesima regula.

Cū aliquod adiectiuū exornare voluerimus pferemus illud per suum oppositū. addita negatione. vt Cicero fuit lraz peritus quod elegantius dicit Cicero fuit haud nescius lraz.

Explicit libellus secundus.

Tituli vnicuiqz personaz ordini tribuendi. fm eaz conditionem **Libell⁹ Tertius.**

Titulus est epithetū vnū vel plura. que tam in eplaz fronte. q̄ in tergo. vnicuiqz psonaz conditioni accommodari solent. quorum regule sunt decem & octo.

Ad sūmū pontificē prima regula.

Pontificē. maximū. summū rhomanū. dominici gregis pastorem sacrorū antistitem. xpiani cultus moderatōrē xpiani nominis vexillifex. patrē. diuū clementissimū. sanctissimū tutissimū. beatissimū amplissimū. piētissimūqz dicemus. Cui talē in lraz tergo titulū dari licebit **Diuo paulo scđo. domini et gregis pastorī piētissimo rhomaneqz basilice pontifici maxio optimoqz.** In eplē aut medio eius clementiā sanctitatē. beatitudinem amplitudinem. pietatemqz appellabimus.

Sūmus aut pontifex minores quoscūqz pontifices fratres reliquos aut filios per lras publicas appellabit. Vñ ad pontifices scribens inferiores. sic in lraz fronte pfatur. **Paulus secundus. diuino dei nutu. ouibus dñice custos designatus. dilectis fratribus. germanis epts. Salutē & bñdictionē.**

Cesarē po sic aggreditur **Paulus scđs diuina dīspōitione xpiani cultus moderator. dilecto filio Frederico tercio rhomanoz impatori augusto. faustoqz salutem & apostolicā benedictionem.**

Schismaticos aut gentilesqz huiuscemodi titulo salutabit. **Paulus scđs dei grā xpiane plebis antistes. mahumero turcoz regi maximo. sanioris mentis spm. rectiu sqz consilium exoptat.**

Ad minores pontifices.

Pontifices minores cardinalē. patriarchā. archiep̄m ep̄m. p̄honorariū. abbatēqz appellabimus quibus hos titulos adijciemus.

Pontificē nāqz minorē. in prē dñici gregis ascitū. amplissimū venerādisimū obseruandissimū piētissimūqz dicentes. talem in eplaz tergo. Si cardinali scribendū erit. titulum assignamus.

Petro fuscaro. titulo diui nicolai cardinali pontifici patri piētissimo obseruandissimoqz. In eplē aut medio ei⁹ amplitudinē obfuantia p̄stautā pietatēqz appellabimus. Si patriarche aut archiep̄o vel ep̄o scribere voluerim⁹. sic in lraz tergo dicem⁹ **Laurētio zani. antiocheno patriarche obseruādisimo prī nō min⁹ piētissimo q̄ venerādo.** In eplē aut medio eisdē serme

z superioribus titulis viemur. Prothonotariū hō in lraz tergo sic aggredis
emur. Petro dandulo rhomane basilice pthonotario. nō iniuus accuratissi
mo quē fidei dño singulari. Abbates p̄terea z reliq̄ sacerdotestali in epl
stolaz tergo sunt tituli decorandi Petro Cornelio diui francisci cenobitaruz
antistiti z religioso z optimo. Itē Perrenigro. diuo Juliano dicte edis an
tistiti. flammī pientissimo optimoqz. In eplē autē medio reuerentiā. dignitas
tem. paternitatē appellabim⁹. Ad Cesarem. tertia regula.

Rhomanoz impatorem. diuū cesarē. cesareā maiestātē. xpiane reip. tua
torē. vexilliferūqz. triūphatorē. patrē patrie. augustū. inuictissimū. faustissi
mū. pientissimūqz dicemus. Cui tales in eplaz tergo tituli tribuunt̄ Frede
rico tercio. diuino afflante spū. rhomanoz impatori. cesariqz augustissimo
faustissimoqz. In eplē vero medio. maiestātē serenitatē amplitudinē prātem
cellitudinemqz appellabimus.

Ad regē vel minorē p̄ncipē. quarta regula.

Regem. ducē. p̄ncipē qz ac comitē. regie vel ducalis cellitudinis siue dis
gnitatis cecus. heroicoz cultorē p̄tutū p̄ncipatus ornamentū. regij culminis
splendorē. z vnicū firmamentū xpianissimū potissimū. magnificentiā ma
gnanimū fortissimū. inclitū. felicissimū serenissimū illustrissimūqz appellabi
mus. Cui tales in eplaz tergo titulos adijciemus karolo triplicis gallie chri
stianissimo. regijqz culminis. splendori serenissimo illustrissimoqz. In episto
le vero medio maiestātē serenitatē cellitudinē potentiā amplitudinē magna
nimitatē. felicitatēqz dicemus. Ad equitē auratū. quinta regula.

Equitē. equestris ordinis viz milicie decus. reip. columē patrie spem an
plissimā fidissimāqz splendidissimū generosum excellentissimū clarissimū
inclitū magnanimū potentē fortē strenuissimūqz dicemus. Cui in lraz tergo
hos titulos tribuemus Bernardo iustiniano splendidissimo equestris ordi
viro patricio veneto milicie decori rei qz publice firmamento. In eplē vero
medio. splendorē generositatē excellentiā claritatē strenuitatēqz appellabi
mus.

Ad patricium sexta regula.

Patriciū. senatori ordinis viz senatorē magnificū spectatissimū nobile ge
nerosum ornatissimū clarissimū insignē spectabile integerrimū. prudētissimū
sapiētissimūqz dicemus. Cui in eplaz tergo hos titulos dare licebit Johā
ni fuscarenō. patricio veneto. senatorijqz ordinis viro integerrimo. optimoqz
In eplē hō medio magnificentiā spectabilitatē nobilitatē generositatem cla
ritudinē integritatē prudentiā sapiētiamqz dicemus. Illud quoqz annotata
one dignū censemus. Nō tm̄ patricios. vey z consulares quoscunqz viros.
vrbium p̄fectos. consules p̄ consules p̄tores honoratis fascibz decoratos.
necnō z ceteros magistratus his plerūqz titulis non absurde salutandos. vt
supius diximus.

Ad plebeios. septima regula.

Plebeios viros tripditos repim⁹. aut em̄ maiores sunt aut mediorim⁹
aut minores. Maiorē plebeij. spectabile. sapientē. p̄stantē p̄cipuū. singu
larē officiosū. cōsummatū viz. integerrimū. ornatissimū beneficiētissimū spes

rarissimumq3 dicemus. Cui in eplaz tergo. tales titulos adscribemus iacobo pbilecio. plebei ordinis. viro precipuo ac singulari. In eple sro medio spectabilitatem sapientiam. pstantia integritatem. beneficentiamq3 appellamus.

Mediorimū plebeium. egregium prudentem. humanissimū benignissimū pbissimumq3 dicemus. Cui in lraz tergo tales titulos dabimus Hieronimo malatheno plebei ordinis viro humanissimo probissimoq3. In epistole vero medio prudentiam. humanitatem. benignitatem. probitatemq3 appellabim9.

Dinozem aut plebeium discretum mozarum. industrium solertem. expertum diligentissimumq3 virum. obsequentem accuratum fidelissimumq3 dicemusq3. Cui in eplaz tergo tales titulos tribuemus anthonio piceno architecto viro tam industrio q3 accurato. In epistole vero medio. industria solertiam. diligentiam fidemq3 dicemus.

Ad studiosos viros. 7 pmo ad theologū. octava regula.

Studiosos viros omnes appellamus quos cuiusq3 scientie deditos scim9 quorum titulos per ordinem suisq3 locis ordinabimus. 2 primo de theologis Theologum igit. diuinarum humanarumq3 rez interptem sacrarum lraz cultorem. sacre pagine professorem. diuini cultus moderatorem. diuine voluntatis expolitorem sapientissimum. eximium excellentissimum diuinumq3 dicemus. Cui tales in lraz tergo titulos dabimus Paulo pgulensi. sacre pagine professori. tam sapientissimo q3 diuinissimo. In epistole vero medio sapientiam excellentiamq3 dicemus.

Ad iure consultum. nona regula.

Iure consultum diuinaz humanarumq3 rez interpretem. pontificij vl cesarei iuris doctorem. vel loica. diuini vel humani iuris moderatorem. vtriusq3 iuris pffore. iure cōsulor cōsulissimum. sapientissimum optimuz. eximium. excellentissimum equissimum. integerrimumq3 dicemus. Cui in epistolaz tergo tales titulos dabimus Alexandro neuo. diuinaz humanarumq3 leguz interpti. tā excellētissimo q3 eqssimo. In eple at medio. sapiam. pbitatē excellētā eqtatē. integritatēq3 dicem9.

*Professor de qm pb
lin aliqd fclt
Vnde qm vbre
atq3 dicit pro
f. s. s. dicitur
qz Mas se fme it
posse publicu alijs
reducere fclt*

Ad medicum. decima regula.
Medicum humane salutis moderatōre. auxiliatōre. tutorē puatorē. reamediumq3 medici artis pffore. morborum curatores. egritudinuz ppulsa- tores accuratissimuz pmpriissimuz expitissimuz diligentissimumq3 dicemus. Cui tales in eplaz tergo tituli assignant gerhardo veronensi. medice artis p- fessori. tā accuratissimo q3 doctissimo. Sz in eple medio. sapiam excellentiaz doctrinamq3 dicemus.

*quod
pffore
dicitur*

Ad philosophum. dialecticumq3. vndecima regula.

Philosophum sophie filius nature exploratorem causarum speculatores. amatorem. filiumq3 sapientissimum modestissimum excellentissimum grauis- simum accuratissimum. speculatissimumq3 dicemus. Cui in eplaz tergo tales titulos trademus Anthonio corneio pho. excellentissimo natureq3 explora- tori nō min9 acurato q3 accuratissimo. In eple at medio. sapiam modestiam excellentiā grauitatem speculatorem acumenq3 dicemus.

Ad Mathematicum. duodecima regula.

fructus quæst. de ...
Mathematicū arithmetice, vel geometrie vel sideralis scientie p̄fessorē
fatorū expositorē diuini numinis consciū siderū specularē. phetontei cursus ex-
ploratorē vel immobilis magnitudinis metitorē vel discrete quantitatis sup-
putatorem accuratissimū subtilissimū acutissimū prudentissimū perspicacē
excellētissimū diuinū. sapientissimūq; dicemus. Cui tales in eplaz tergo ti-
tuli assignant Dñico bragadeno. mathematice artis p̄fessor. nō minus acu-
ratissimo q̄ doctissimo. In eplē s̄o medio acumen subtilitātē prudentiā sapi-
entiā excellentiā p̄spicacitatemq; dicemus.

om̄tois p̄p̄ Ad musicū vatemq; terciadecima regula.

Musicū vatemq; eisdem ferme titulis decoramus celestis armonie imita-
torem appellantes pieridū filiū musaz alūnū appollini sacratū thespiaduz
choro dicatū hippocrenidū choro sacratū pesagidū amicū libetridū cultorez
pesageo liquore saturatū. laura insignē. pallida decoratum hedara pireneo
fonte potū castaliū fontis domesticū parnasij fluminis nō ignaz cephisti gur-
gitis vel fluminis non exptem heliconie rupis accolā parnasij nemoris explo-
ratorē. cyrrhei iugū nō alienū aonij montis habitationē phebei numinis inter-
p̄tem. testudinee lyre moderatōrē nouenaz soroz de cantatoz. parnasie edis
ciuesacrū diuinū elegantissimū facundissimū suauissimū. iucundissimum or-
natissimū canoz suoz argutū decentissimū celebratissimū expolitissimū alti-
sonū. dulcisonū mellifluūq; dicemus. Cui in eplaz tergo tales merito titulos
tribuemus Johāni mario philelpho musaz cultori tā ornatissimo q̄ elegāti.
In eplē s̄o medio diuinitatē elegantiam facundiam suauitatē ornatū integritate-
tem. nobilitatē excellentiamq; dicemus.

Ad oratorem Quartadecima regula.

Oratorē. forensiū causarum tutorē latini eloquij moderatōrē pedestris ora-
tionis decus paterne lingue vnicū splendore respu. consultorē. sanctaz leguz
asseruatorē. canoram virtutis tubā rhomane lingue decus. facundissimum
disertissimū eloquentissimū. elegantissimū limatissimū expolitissimū. aman-
tissimū. copiosissimū grauissimūq; dicem⁹. Cui in eplaz tergo tales titulos
dabimus. Benedicto brognolo. oratori facundissimo rhomaneq; lingue mo-
deratori disertissimo eloquentissimoq; In eplaz s̄o medio. facundiam elegātiā
eloquentiam grauitatē nobilitatē p̄stantiā. excellentiam integritatēq; dicemus.

Ad grāmaticū q̄ntadecima regula.

Grāmaticū respu. l̄arte colomen latini sermonis exploratorē humani stu-
dij p̄ncipē l̄arie discipline moderatōrē aurorem poetarūq; interp̄tem huma-
ni codicis expositorē. latine originis exploratorē humanissimū accuratissimūq;
disertissimū ornatissimū copiosissimūq; doctissimūq; dicemus. Cui tales in
eplaz tergo titulos dabimus. Pomponio rhomano. vtriusq; lingue mode-
ratori tā hūanissimo q̄ ornatissimo. In eplē autē medio humanitatē elegātiā
eloquentiam doctrinā excellentiam nobilitatē p̄stantiā. integritatemq; dicem⁹ seu
appellabimus.

Ad scolasticū sextadecima regula.

Scolasticū quēq; de virtute bene meritū l̄arie discipline dicatū vtrius-
q; p̄tutis florib; ornatū l̄az haud exptem. bonaz artū studiosissimū eruditū

doctū studiūq; decus humani dicemus. Cui tales in eplaz tergo titulos da-
bimus Jacobo contareno vtriusq; virtutis cultori. tam studiosissimo q̄ ac-
curatissimo. In eple vero medio humanitate elegantia eloquentia doctrina
excellentiā nobilitatē prestantia integritatemq; dicemus.

Ad cognatos Decima septima regula

Pater filiū vel nepotē charissimū dulcissimū piētissimū dilectissimū les-
pidissimū suauissimūq; appellat. Filius aut patre vel patruū honorandū
obseruandū piētissimū pbissimū humanissimū. venerandū. colēdūq; dicit
Quib; tales in eplaz tergo tituli tribuunt. Filius ad patre Petro Cornelio
patri suauissimo piētissimoq;. Pater vero ad filium Johāni cornelio filio
charissimo suauissimoq;. In eplaz aut medio pater ad filium pietatē chari-
tatem amorem beniuolentiamq; appellabit. Et idem filius ad patre. sed pa-
ternitatem obseruantiā dignitatē pbitatēq; dicere solet.

Ad feminas decima octaua regula.

Femina castitatis decus pudicitie exemplū. honestatis speculū pudicissimā
mam castissimā integerrimā honestissimā. primariamq; dicemus. Cui i epla-
rum tergo tales titulos dabimus lucrecie come. femine primarie integerrime
q;. In eple vero medio honestatē pudicitia castitatē integritatēq; appellabi-
mus. Illud aut sciendum est q̄ femine viroz suoz titulis decoratē sūt. Pro-
inde ex superiorib; fm rei psoneq; exigentiā nō tm̄ in hoc sexu. vtz etiam in al-
tero vir accuratissimus quisq; ex se poterit condecetes titulos assignare et
maxime quia multi sunt q̄b; diuersi sunt attribuendi tituli. ppter variā eoz
conditionem

Peroratio

Jam annuente deo magnifice Jacobo ad popratum finē deductū ē op⁹
nīm quod eo libentius per feci q̄ illud magnificentiā tuā maxie poprare intel-
ligebā z plerosq; etiā hui⁹ noue artis mee cupidos videbā q̄bus omib; satis
faciendū esse duxi. Et tibi p̄cipue quē ego z amorz mirifice obseruo. Nam
cū tuam in me beneficia memori mente reuolno quibus me non solū exacto tem-
pore assidue affecisti sed etiā quotidie afficere nō desinis semper considero q̄-
nam potissimū pacto tue possim voluntati morem gerere. Et mihi profecto
gratissimū iucundissimūq; sp accidit q̄qd pro tua dignitate etiā cum maxio
labore meo reddere possim. Nec id quidem iniuria cū em̄ magis magisq; in-
dies emoliar vt tecū beneficij certare possim tu magis magisq; a deo respon-
dens vt me semper benignitate ac liberalitate z magnificentia a te victū esse
fatear necesse sit. Et merito illud poeticū figmentū in te cōplert video. qd il-
li simplicē dicunt charitatē. duplices sp sorores remittere solitam. Tu em̄ nū-
q̄ vnica euphrosinem meā recepisti. qui mihi in eglen thaliāq; cū sūma be-
neficentia remisit. Hinc ortum est vt nō ego solū qui inter ceteros oratores
siue poetas minimus sum appellandus sed z ceteri quoq; oēs q̄ tuā hanc li-
beralitatē agnoscunt. q̄tidie meditent quib; potissimū sis munerib; afficiē-
dus. Suscipe igit leto vultu hilariq; facie q̄ tibi munere damus. Et fac vt
nostri memor sis qui maximo cupimus ardore. vt aliquādo intelligas hanc
tibi etiā animā nrām perpetua seruitute dicatam. Vale.

Jacobus geroldus. styrius knittelfeldensis bonarum artium doctor. ac parvulus
 ne a cademie moderator excellentissimo doctori Francisco Nigro. veneto tam
 oratorum quam poetarum principi felicitatem.

Excogitabam mecum ipse diebus istis Franciscus charissime quam non potissimum par-
 to tibi possem (si non maiores) pares tamen pro tantis in me beneficiis tuis gratias res-
 ferre. Nam agere quidem satis posse confidebam sed non in verbis consistit huma-
 ne societate confederatio. Est potius in beneficiorum multorum vicissitudine. Et pro-
 fecto nihil repere poteram tua prestantia dignum ex quo intelligeres animum meum tibi
 esse gratissimum. Sed cum in hac diutius dubitatione manerem. Supervenit etiam
 prestantissimum opus tuum. mihi nuperrime dedicatum. In quo tam facundissime tam-
 quam copiosissime. novam epistolam componendam artem invenisti. ut nequeam profecto illam
 vel satis mirari vel etiam satis commendare. Unde si prius mens mea dubitave-
 rat quo pacto possem pro tantis in me beneficiis tuis tibi pares gratias reddere.
 nunc multo magis dubia relinquuntur. nec penitus scio. quomodo possim tan-
 ta beneficia etiam summa animi mei gratitudine consequi. nam non est ad diu-
 nitatem huius beneficentis tue laudem. a mea remuneratione. aliqua vel par vel si-
 milis comparatio. hec enim fluxa et vana. illa vero stabilis et immortalis. et ideo non nisi
 si ab immortalis corpore exequenda. Proinde hoc est ad animum deferendum. Animum igitur
 tur quod pro se immortalis est et diuini quod corpus tibi nec agere nec referre potest illud
 perpetua ac memori mente spiritus habere pollicetur. Tibi igitur Franciscus charissime propter
 hanc immortalis apud me tui memoriam. si quod est quod mea opera vix volueris. tuum est
 precipere. meum autem iussa tua quam libentissime exequi. Vale.

Tabula epistolarum familiarum eiusdem Francisci Nigri in generibus vie-
 ginti. speciebusque unicuique subiunctis sequitur.

Epistola Comendaticia.	Epentica et Diceantica Civillis	Fo. iij.
Epistola Petitoria.	Diceantica Criminalis.	Fo. iij.
	Gratie.	Fo. iij.
	Rei.	Fo. v.
Epistola Duplicata.	Gratie.	Rel.
Epistola demonstrativa.	Laudis	Utuperij.
Epistola Eucharistica.	Pro munere.	Pro beneficio.
Epistola Amatoria.	Honestas.	Turpis.
Epistola Lamentatoria.	Pro iniuria.	Pro re perditas.
	Pro exilio.	Fo. ix.
Epistola Consolatoria.	Pro iniuria.	Fo. x.
	Pro re perditas.	Pro exilio.
Epistola expositiva.	Testimonij.	Historie.
	Noticie.	Fo. xij.
Epistola Gratulatoria.	Pro fortuna.	Fo. xij.
	Pro salute.	Fo. xij.



Epistola Exhortatoria.	Ad dolorem.	Fo. xliij.
	Ad dolorem.	Fo. xv.
Epistola Dissuasoria.	Aleticia.	Fo. xv.
	Ad dolorem.	Fo. xvj.
Epistola Inuectiua.	Criminis.	Fo. xvj.
	Contentionis.	Fo. xvij.
Epistola Expurgatiua.	Criminis.	Fo. xvij.
	Contentionis.	Fo. xix.
Epistola Domestica.	De proprio statu.	Fo. xix.
	De negocijs.	Fo. xx.
Epistola Cōmunis.	De proprio statu.	Fo. xx.
	De negocijs.	Fo. xxj.
Epistola Jocosā.	Dese.	Fo. xxj.
	De alia.	Fo. xxj.
Epistola Cōmissiua.	Generalis.	Fo. xxj.
	Particularis.	Fo. xxij.
Epistola regia.	Fo. xxij.	
	Fidei. Familiaritat. Edicta.	fo. xxij.
	Inhibitoria. Promotua.	Fo. xxv.
Epistola Dixta.	Ex duob. Ex pluribus.	Fo. xxvj.
	quere vsqz ad finē. s. Fo. xxxj.	

Opusculū hoc de arte scribendi epistolas quā diligētissime emendatum
 Characterē. Impressum Anno dñi. D. cccc. xciij.

hominum in seculo

100. 10. 10.
Lo

ALBERTI MAGNI PHILOSOPHI

BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL
GRACOVENSIS

